



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CLIX. Carta quomodo Theobaldus recognovit se esse hominem de corpore  
Ecclesiae Fossatensis & dominio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

& statutum nostrum ratum & inconcussum tenet & teneri ecclesiastica censura coēreant. His etiam addimus Albreici utoris statum omnino liberum. Si qua vero ecclesiastica seculari've persona hanc institutionis nostra paginam temerario aucto infringere vel perturbare presumplerit, a gremio sancte matris Ecclesie auctoritate beati Petri Apostoli & vicarij ejus beate Manufeti & nostra eam segregamus, ac perpetua maledictione cum Dacan & Abiton, qui vivi à terra fuerunt absorti, subjaceremus. Conservantibus autem hac sit pax & exultatio tanta in hoc quam in futuro seculo. Hanc praesentem descriptionem nostro munitione sigillo signis & testimonio nostrorum fidelium roborandam contradimus. Signum Henrici Episcopi. S. Hugonis Abbas sancti April. S. Iohannis Abbas sancti Manufeti. S. Sigifredi Abbas sancti Leonis. S. Haimonis Decani & Archidiaconi. S. Theodoricus Praepositi sancti Gengulfi & Archidiaconi. S. Petri Comitis & Archidiaconi. S. Odontis Thefaurarit & Archidiaconi. S. Vlrici Archidiaconi. S. Albreici Capellani & Archidiaconi. S. Haimonis Archidiaconi. S. Vvalteri Cancellarii. S. Rofridi Magistri. S. Ainardi Canonici. S. Paulini Decani sancti Gengulfi. S. Damberti Canonici S. Gengulfi. S. Theodoricus Canonici S. Gengulfi de Sellei. S. Viiani Archipresbyteri civitatis. S. Richardi Scabionis. S. Albreici Presbyteri S. Mansueti. S. Henrici Presbyteri sancti Amantij. S. Marthae Ducis. S. Simonis filij eius. S. Henrici de Chacinal. S. Hugonis filii ejus. Aucta sunt haec Tulli in Ecclesia beati protomartyris Stephani Iibius Octobris, multi religiosi viri & laicos personis nobilibus assidentibus, anno ab incarnatione Domini M C L X I I . Indictione xii. Epacta xxv. concurrente i. Imperatore Frederico sempere Augusto regnante, pontificante domino Henrico.

## C L I X.

*Carta quomodo Theobaldus recognovit se esse hominem de corpore Ecclesie Fossatenensis & dominio.*

An. 1241.  
Ex chartulario monasterij Fossatenensis.

G villermus permissione divina Parisiensis Ecclesiae minister indigenus omnibus praesentibus literas inspecturis falorem in Domino. Noveritis quod in nostra praesentia constitutis fratre N. Abate Fossatenensi ex una parte & Theobaldo filio Gaufridi dicti Vicarij de Farz monasterio ex altera, cum idem Abbas diceret eundem Theobaldum esse hominem de corpore Ecclesie Fossatenensis, & quod si idem Theobaldus unquam fuerat in Clericum ordinatus, istud sine confusione Ecclesie Fossatenensis factum fuerat, quare non debebat valere in praepudicium Ecclesie Fossatenensis, praedictus Theobaldus confessus fuit coram nobis se fuisse in Clericum ordinatum, sed sine licentia & voluntate Ecclesie Fossatenensis, & confessus fuit quod hoc factum fuerat sine scientia ordinantis. Nam cum vidisset turbam quorundam puerorum qui debebant in Clericos ordinari, latenter se hujusmodi turbæ immiscerunt ad suggestionem quorundam, puerili

levitate deductus. Confessus etiam fuit se esse debere, & etiam esse ejusdem Ecclesie Fossatenensis hominem de corpore & se velle in omnibus Fossatenensis Ecclesie dominio subjectum esse, se & sua voluntati & dominio ejusdem Ecclesie omnino in nostra praesentia supponendo, abrenuntians omni privilegio si quod sibi posset competere ex illa tonsura illicite consecuta vel alio quoque modo. In cuius rei testimonium & munimen ad petitionem dictarum partium praesentibus literis sigillum nostrum duximus opponendum. Datum anno Domini M C C . quadragesimo primo, mense Aprili.

## C L X.

*Carta quomodo Mattheus Clericus recognovit se esse filium magistri Clementis de Crifolio &c.*

An. 1244.  
Ex codice  
chartulari.

O Mnibus praesentibus literas inspecturis. Officialis curia Parisiensis in Domino salutem. Notum facimus quod in nostra praesentia confitit Mattheus de Crifolio recognovit quod ipse erat filius Magistri Clementis de Crifolio & Alefis uxoris ipsius Clementis, & genius constante matrimonio inter ipsos. Recognovit etiam quod religiosi viri Abbas & conventus monasterij sancti Petri Fossatenensis ipsum manumisserant & restituuerant libertati sub tali conditione, si ipsum fieri Clericum contigerit & in clericatus ordine perpetuo residere, & etiam tali modo quod post decepsum ipsius omnia bona immobilia sua de hereditate sua moventia ad ipsos Abbatem & conventum quittè & liberè devolvantur, nisi altere procedat de voluntate predicatorum Abbatis & conventus; volens & concedens quod si postquam tonsuram clericalem habuerit, ipsum uxorem ducere contigerit, nonobstante manumissione hujusmodi dicti Abbas & conventus omnia bona hereditaria ipsius Marthae habeant & disponant de illis pro sua penitus voluntate, nisi altere procedat de voluntate eorundem. Promisit autem idem Mattheus, fide in manu nostra praesertim corporali, quod bona sua hereditaria immobilia nullatenus alienabit nec onerabit quin post decepsum ipsius ad predicatum monasterium quittè & liberè devolvantur. Renuntiavit insuper dictus Mattheus specialiter & expressè omni actioni & exceptioni tam juris quam facti coahrenti rei vel personæ, omni juris auxilio canonici & civilis, omni privilegio concessio & concedendo, confutundi & statu, & omnibus aliis que sibi possent prodeſſe & dictis Abbatii & conventui in aliquo obesse vel aliquibus praemisſorum. Actum anno Domini M C C . quadragesimo quarto, mense Ianuario.



F F f f f iii